

GEORGIVS A SALTZBVRG MILES.



Georgius Salisburgi natus & educatus, multis
Ganimi & corporis uirtutibus fuit exornatus.
Nam adolescens adhuc Cæsarum castra in Italiam
secutus, multis prælijs interfuit, atq; in Papiensi pu-
gna, anno millesimo quingentesimo uigesimoquin-
to, sibi magnum nomen comparauit. Vnde etiam
postmodum in Gallia & Vngaria ordines duxit, &
res ubique sibi commissas fortiter administravit. In
bello Smalkaldico Cæsari preclaram operam naua-
uit, atq; ob rei bellicæ peritiam inter milites in ma-
gna autoritate fuit. Habitauit is postea Ratisbonæ,
atq; ueneranda canitie insignis ad septuagesimum
quintum annum peruenit. Tandem etate fessus Ra-
tisbonæ obiit, & ibidem honesta sepultura decoratus fuit, anno 1565 in Qua-
dragesima, aliquot dies anté quam ego, in mea per Germaniam peregrinatio-
ne, Ratisbonam uenissem. Anon.